

Epistola petri. i.

602

De. p. a
17.

et omnē dolum et simulationes et inuidias et omnes detractiones. sicut modo geniti infantes rationabiles et sine dolo lac concupiscite ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobaturum. a deo autem electum et honorificatum. et ipsi tanquam lapides viui superedificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum. offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce pono in sion lapidem summum angularem probatum. electum preciosum et qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honoris credentibus non credentibus autem lapis quem reprobaueit edificantes: hic factus est in caput anguli et lapis offensionis et petra scandali: his qui offendunt verbo nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem gentes electum. regale sacerdotium gentis sanctae. populus acquisitionis: ut virtutes annuncietis ei qui de tenebris vos vocauit in ammirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei nunc autem populus dei: qui non perseculi misericordiam: nunc autem misericordiam consecuti. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs que militant aduersus animam: conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detraiant de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes: glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humane creature propter deum. Siue regi quasi precellenti. siue ducibus tanquam ab eo missis: ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum: Quia sic est voluntas dei: ut beneficientes obmutescere

18.

19. g. Nr.
20. c

20. b.

21. a.

22. e.

23. a.

23. d.

23. c.

24. c.

24. a.

scere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi: et non quasi velamē habentes malicie libertatē. sed sicut serui dei. Omnes honorate. fraternitatem diligite. Deum timete regē honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis. non tantum bonis et modestis: sed etiam discipulis. Nec est enim gratia: si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Que enim est gratia: si peccantes et collapsi sustinetis? Sed si beneficientes patienti sustinens: hec est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis: quia et Christus passus est pro nobis vobis relinques exemplum ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit nec inuenit est dolus in ore eius. Qui cum male diceretur non maledicebat: cum patere non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iusticie viuamus: cuius liuore sanati estis. Gratis enim sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.

Ro. p. c.

Eph. 6. a. Col. 3. d. Tit. 2. c. 2. Cor. 7. c. Jacobi. 5. c.

D

1. Job. 3. a. Esa. 53.

Esa. 53.

III



Similiter et mulieres subdite sint viris suis ut et si qui non credunt verbo per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant considerantes in timore sanctam conuersationem vestram. Quarum si non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumentum vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis. homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus: qui est in conspectu dei locuplet. Sic enim aliquando et sancte mulieres sperantes in deo ornabant se subiecte proprijs viris. sicut Sara obediebat Abrae

Col. 3. c. Eph. 5. c.